

bucchas et accessum ad eas, in eas, in eis et per eas et usum eorum. Et quod ipsi serenissimo domino regi, nec ejus subditis licet bat contra dicti Communis Veneciarum voluntatem ad dictas bucchas accedere vel navigare, vel in eis quicunque imittere vel de eis extrahere contra ipsius Communis voluntatem. Ac negaret dictum Commune vigore dicte pacis prefato serenissimo regi vel suis subditis ad predicta se fore aliqualiter obligatum, et dicto domino regi vel subditis suis, seu alicui alii in dictis buccis jus aliquod competere quovis modo, seu occasione qualibet, sive causa. Finaliter dicte partes sub tractatu prefati illustris domini Amedei comitis Sabaudie etc. ad infrascriptam transactionem, compositionem et pacta solemnis stipulationibus hinc inde intervenientibus pervenerunt in forma infrascripta, videlicet : quod pro omni jure ipsi domino regi et ejus successoribus et subditis quocumque et qualitercumque competente navigandi per gulsum, scilicet inter dictos confines, videlicet a Pulmentorio et ab Arimino exclusive versus Venetias et ad dictas bucchas et in eis et immittendi quacumque res et merces et inde extrahendi et exportandi et pro quo-cumque interesse ipsius domini regis, et subditorum suorum, pro eo quod per dictum Commune Veneciarum prohibeantur uti dictis buccis et pro omni jure, petitione, actione, et requisitione, que in eis buccis vel pro eis vel earum occasione competenteret dicto domino regi, successoribus, et subditis suis quocumque et qualitercumque et occasione qualibet sive causa et ut ipsi domino regi et ejus successoribus et subditis in dictis buccis perpetuum silentium imponatur ; sic et taliter quod intra dictos limites, videlicet a Pulmentorio et ab Arimino exclusive versus Venetias navigare cum mercibus seu aliis quibuslibet victualibus, sive rebus ; exceptis tamen hiis que pro victu et vestitu ipsorum quemlibet expediret, alio quam Venetias non valeat nec possit. Sine mercibus aut etiam victualibus et rebus predictis, cum iis tamen que pro victu et vestitu ipsorum expedierit, ut supra, intra dictos limites navigare valeat et possit. Deinde Commune Veneciarum dare et solvere